



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 52. Et manducantibus illis æcepit Iesus panem. v. 22.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

O Pœnæ, ô æternitas miserabilis! Hæc considera, ô anima in hærens peccatis, & age pœnitentiam in tempore opportuno, ne Deus, iusto suo iudicio, te eodem permittat introire. Memento ergo Domine quæ sit mea substantia, memento quia terra sum, operi manuum tuarum porrigere dexteram, Consule infirmæ materiæ, succurre carnali fragilitati, infirmæ conditioni pateat regressus salutis, pateant aures tuæ misericordiæ indignis supplicationibus meis. sana Domine vulnera mea, solue priusquam moriar, meorum vincula peccatorum.

§. 52. *Et manducantibus illis accepit Iesus panem. v. 22.*

Dum adhuc accumberent mensæ quæ ad naturæ sustentationem corporalem exhibita est eis, & in ea manducantibus discipulis, accepit Iesus panem vſualem eius loci vt in eo sineret legem testamenti veteris, & nichoaret novum testamentum in sanguine suo, & sic instituit Alteram cœnam animæ spirituales dicto corpore & sanguine suo in remissionem peccatorum; vt Sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

O Stupenda sapientia Dei quæ hunc subtilem & salutarem nostræ salutem modum instituit & sanciuit! O incomprehensibilis bonitas Dei quæ sublimia charitatis opera nostræ salutis causa perfecit. O salutaris esca per quam filij hominum transeunt in filios Dei per quam humanitas absorbetur, & Deus in manducante permanet: Da gratiam mihi peccatorum qui me elegisti in tuum Sacerdotem vel Commensalem ad tractanda & ministranda Sacramenta corporis & sanguinis tui, nunquam errem sine in forma siue materia, nec præparatione nec administratione, oblatione, sumptione, quo citra condemnationem particeps semper fiam sancti corporis & pretiosi sanguinis tui in remissionem peccatorum & vitam æternam.

§. 53. *Et benedicens fregit. v. 23.*

Benedixit panem vt eum sanctificaret, tantoque mysterio præpararet: & discipulos suos doceret sanctificandum esse prius per præparationem quasdam quæ Deo sunt exhibenda, ita vt omni indignitate, labe & immunditia tanto Sacramento contrarijs careant. Vnde patet quam sit impia & heretica Calviniana seu Reformata, quæ in sua formula cœnæ Germanicæ Amstelodami edita, ante sumptionem panis sui cœnatici, excommunicat & anathematizat, omnes qui aliquam creaturam benedicunt. Hi enim Christum Dominum benedicientem panem à sua cœna manifeste excludunt. O impietas! fregit porro panem ad indicandam mortem suam, qua corpus ab anima eius paulo post diuidendum erat. Pythagoras dicere solebat pe-